



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In vigilia epiphanie.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

negando consequentiam. Et ratio est. qz lz aliquib' qui fuerit ante christum conuenire potuit hoc nomen iesus fm aliqua alia rationem. puta quia aliqua particulari salutem attulerit. vt iesus naue saluauit pplm israel hostes eius debellado. vt legit in libro Josue. sz fm rōnem spiritalis et vniuersalis salutis hoc nomen pprium est christo. z fm hoc dr esse nouū. inq̄tū est impostus ei ab hac pprietate q̄ est saluator. ¶ Ad tertiam rōde tur. negando consequentiam. Et ratio est. quia licet salus facta p christum communis sit z iudeis z gentilibus nihilominus principaliter dicitur esse missus ad oues que perierūt dom' israel.



**M** vigilia epiphanie est euangelium. In illo tempore. Defuncto herode ree. Matt. ij. Circa quod potest deputari sequens questio.

ca quod potest deputari sequens questio.



**T**erū christus conuenienter vocat nazaren'. Et videtur q̄ non. ¶ Et p̄mo arguitur q̄ non rōne illius glo. iterlinealis qua exponit. i. sanct'. ¶ Primo sic. qz

qz nō conuenit sanctificari. qz

in quolibet ordine p̄mū mouēs est immobile. sz xps est principiu z totū humane sanctificatiōis. ergo ip̄e sanctificat' nō est. ¶ Secūdo sic. Omne qd fit. fit ex p̄trario. generatiōes em̄ fm philoso p̄hā ex p̄trarijs sunt. sz xps ab oī peccato qd sanctitati cōtrariat' immunis fuit. ergo xps sanctificat' nō est dicēdus. ¶ Tertio arguitur. q̄ nō debeat dici nazarenus. qz in nazareth fuit p̄ceptus z pari rōne dicend' esset bethlemita. qz in bethleem fuit uat'. sz hoc non dr. ergo nec aliud est dicendū. ¶ Quarto sic. nō videtur verū q̄ p̄ p̄phetas dictū sit q̄ nazarenus sit nominand'. ergo nō videt' dicendū. Assumptū p̄z. qz nō iuenit i scriptura tale dictū. ¶ In oppositū est enāgelū p̄ns. ¶ Respondeo dicendū sub ista cōclusionē. q̄ cōuenientissime xps appellatus z nominatus est nazarenus. Ista conclusio ostenditur ex multiplici ratiōe. Primo ratiōe sanctitatis. Interpretatur em̄ nazarenus. i. sanct' siue sanctificatus. Christus aut' fuit sanctus sanctorū Danielis. ix. Dicitur enim ab angelo beate marie Luce. j. Qd enim ex te nascetur sanctus vocabitur filius dei. Et Joh. x. dr. Quē pater sanctificauit z misit in mundū. ¶ Secūdo puenienter dr nazaren' ratiōe interpretatiōis. qz interpretatur florid'. Ysa. xj. Egrediet' virga de radice iesse. z flos de radice eius ascēdet. Virga vt dicit



## Invigilia epiphanie.

Diero. est dei genitrix. flos fili  
us. et bene flos. quia ad modum flo  
ris natus mira pulchritudine venu  
stus. grato odore diffusus in  
fructu dulcissimus. Nos enim lumi  
ne solis nascitur quod est lumen cele  
ste. non huius generis aliquod nisi  
divinum. sic floruit quasi sol eternus  
virtute caloris et luminis in ve  
rum coegessit virginis. Sic flos pi  
cturatus est venustate virtutis.  
Unde bene nazarenus dicitur. qui inter  
pretatur floridus. hic flos gratus  
est odore. Cant. iij. Emissiones  
tue paradisi. hoc est effragi  
tiones odorum tuorum in fama tue  
virtutis videntur esse odoramen  
ta florum paradisi. hic floris spes  
est dulcissimi fructus in adeptioe  
gaudij eterni. Cant. ij. Fructus  
dulcis est gutturi meo. Et ter  
tia ratio. convenienter christus natus na  
zarenus. quia conceptus est in nazareth.  
Et ut dicit albertus magnus quod conce  
ptus christi multum agruebat nomi  
ni nazareth. quia sicut divine ge  
nerationi ita et humane genera  
tioni. flores de flore assimi  
lantur. flos enim pullulat de vno  
germine in decore et colore. simi  
liter filius secundum divinam generatio  
nem. procedit ab vno qui est in celis  
sine matre et secundum generationem hu  
manam de vna in terra sine patre.  
Bene ergo in nazareth conceptus  
fuit flos noster. qui sicut flos de  
flore sine virili commixtione de  
vna matre saluo virginis de  
core et matris integritate processit.  
Quarto nazarenus dicitur. quia ibi nu

tritus fuit et educatus. christus enim si  
cut in flore percipitur. ita et in flori  
bus sanctitatis nutritur et educatur  
et pascitur. Lectulus noster floridus  
est. Cant. j. Quinta ratio. quia in nazareth dominum ciliu fuit pa  
rentibus suis. sicut ioseph qui pater  
ei putabatur et beatissime virgi  
nis marie que verissime mater fuit.  
Unde. Lu. ij. Postquam profecerunt omnia  
secundum legem domini reuersi sunt in ciui  
tatem suam nazareth. que dicebatur  
eorum ciuitas. ut inquit glo. quantum ad  
habitationem. Ad rationes in op  
positis. Ad primam respondetur. quod  
sanctificari est sanctum fieri. potest  
autem aliis sanctus fieri dupliciter  
vel ex sancto vel non sancto. Ex san  
cto iterum dupliciter. vel ex minus  
sancto magis sanctum ut dicit Job.  
xvij. Pater sanctifica eos in ve  
ritate. Apostoli enim tunc sancti  
erant. vel secundum continuationem sancti  
tatis eadem quantitate seruata. et  
hoc modo christus potest dici sancti  
ficatus. sicut ibidem dicit. Ego pro  
eis sanctifico meipsum. sed iste mo  
dus loquendi non videtur con  
suetus. Unde sic de sanctificatione  
non videtur loqui hic. Et non san  
cto dicitur aliquis sanctus fieri  
dupliciter. Uno modo ex non  
sancto contrarie aut priuatiue.  
sicut per gratiam sanctificari dicitur.  
et hoc modo christus non potest dici  
sanctificatus esse. quia non potest  
accipi cum consistencia subiecti defe  
ctus sanctitatis in eo fuisse. si  
mul enim fuit homo et sanctus.  
Alio modo potest dici fieri. san

facit in xpi molitur  
toz. Quadi aut die va

facit in xpi molitur



ctus de non sancto negative. et tunc bñ dicitur ex nō sancto sanctus factus ratione sanctitatis create que hoīs est. et ita cōcedi potest in aliquo sensu xpm esse sanctificatū. ¶ Rñ dicitur ergo ad p̄mā ratio nē in oppositū. negādo cōsequētiā. Et ratio est. qz p̄mū movēs i aliquo ordine mobiliū nō oportet esse immobile simpliciter s̄z immobile s̄m gen̄ motus sicut celum qd est p̄mū alterās movēs quidē s̄z nō alterat. nō enim est p̄mū movēs simpliciter. Similiter etiā xps s̄z qd homo nō est p̄mū sanctificās simpliciter. s̄z deus trinitas. Est autē p̄mū sanctificās in q̄tū homo per modū satisfaciētis p̄ peccato. et sic sanctificat non est. aliquo tñ modo sanctificat est. ¶ Ad scđam rñ def. negando assumptū. Non est omne qd fit ex contrario fit. s̄z solum qd fit per viā generationis et alteratiōis. Oportet tñ omne qd fit ex cōtingenti fieri. ut dicitur. s̄. phisicor. i. ex eo qd non cōvenit simul inesse. Sic autē p̄tingens est non solū p̄rariū vel p̄riuatō q̄ requirūt subiectū. s̄z etiā negatiō q̄ p̄sistentiā subiecti nō requirit. et sic ex non sancto xps factus est. ut dictū est. ¶ Ad tertiam rationem. negatur consequentia. Et ratio p̄z ex dictis ¶ Ad quartam respondetur. negando consequentiam. quia licet sic in forma non reperiat scriptum ex multis locis tamen intelligitur nam nazareus interpretatur

sanctus. et q̄ christus dicatur sanctus. hoc habetur Danielis. ix. Item interpretatur floridus. et hoc habetur Ysaie. xij. Egredietur virga. et c. Et concordat cum eo qd dicitur. Cant. ij. Ego flos campi. et c. Unde signanter dicit euangelista p̄ prophetas. Et tantum de ista conclusione.



**I**n festo epiphanie ē euāgelium illud Luz natus est iesus. Mat. ij. Circa quod possunt sequē

tes questiones disputari. ¶ Primo. vtruz christi natiuitas fuit cōuenienter per stellam magis manifestata. ¶ Secundo. vtruz stella magis apparēs fuerit vna de celestibus stellis. ¶ Tertio. vtrum magi cōuenienter venerunt ad adorandum et venerandum christum.



**Q**uā primā questionem q̄ querit. Vtruz xpi natiuitas fuit cōuenienter p̄ stellā magis manifestata. sic procedit. Et videtur qd nō. ¶ Primo sic. Hoc em̄ videt esse occasio erroris. q̄tū ad illos qui existimant sidera natiuitatib⁹ hominū dominari. s̄z occasiōes peccādi sunt hoibus